



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXIII. Markgraf Ludwig genehmigt den Umtausch von Canonicaten zu Soldin mit Altären an andern Orten, am 23. August 1347.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXII. Das Kapitel zu Soldin verzichtet zu Gunsten der Stadt auf das Patronat über zwei Altäre, am 20. Februar 1346.

Nos Rudolphus, prepositus, Totumque Capitulum Ecclesie Soldinenfis Recognoscimus publice per presentes, Quod Consules Ciuitatis Soldin octo Talenta brand., in nostro priuilegio nobis per principem dominum Ludovicum Marchionem dato, contenta et nostro capitulo ascripta, appropriata duobus altaribus, scilicet sancti Remigii et altari exulum, in sua possessione pacifica habuerunt et adhuc habent, necnon ad dicta altaria personas presentarunt. Nos vero ipsos Consules in dictis octo talentis atque in presentacione personarum, dummodo presentauerint idoneas personas, nostro Capitulo competentes, qui diuinis officiis velint, possint et debeant sicut ecclesie nostre vicarii interesse, ob dictam literam domini Ludouici Marchionis in nullo uolumus derogare atque ipsos Consules impedire. In cuius rei testimonium Sigillum nostri Capitoli sub anno domini M^o CCC^o XLVI^o, feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur exurge, presentibus est appensum. Testes sunt Rudolphus, prepositus, albertus Rostim, Hinricus de Rempenhagen, Johannes de etc. (Uebrige Zeugen unleserlich.)

Nach dem sehr verblühtenen Originale des Soldiner Stadtarchives.

XXIII. Markgraf Ludwig genehmigt den Umtausch von Canonicaten zu Soldin mit Altären an andern Orten, am 23. August 1347.

Reuerendo etc. Permutacionem inter Joannem de Jagow, canonicum Soldinensem, de prebenda sua in Soldin, cum wilhelmo Brun pro altaribus suis in Bernsteyn et pozewalg, postquam permutacio inter dominum wilhelmum et lampertum de wedel de altaribus eorum in Soldin et pozewalg, de consilio et assensu Hassonis senioris concepta, coram nobis per gratiam uestram impleta fuerit, annuimus pure et consentimus per presentes, petentes, ut resignacionem dictorum beneficiorum prebende in Soldin et altarium in pozewalg, coram nobis factam, personas transponere dignemini antedictas, reuerenciam uestram sincerius requirentes, ut ad nullius occupantis instanciam dictam personarum transposicionem infumatis aliquatiter impediri. In cuius — datum Anno ut supra (Anno XLVII), feria ante bartolomei.

Ludovicus etc. honorabilibus uiris decano, preposito et capitulo ecclesie collegiate in Soldin, deuotis sibi dilectis, gratiam suam et omne bonum. Coram uobis et uniuersis presentes inspecturis publice profiteamur, quod ad permutacionis contractum per honestos viros dominum Ludovicum de wedel, canonicum uestrum, et dominum Joannem, plebanum in koningefberg, habitum uel habendum super ipsorum beneficiis, nostrum consensum adhibuimus et presentibus adhibemus, vos sincerius exhortantes, ut dictam permutacionem per recepcionem dicti domini Joannis et eius admissiōem approbetis. sic quod eidem domino Joanni suam prebendam, quam dictus

Ludowicus habuit, sine contradiccione qualibet assignetis, facientesque sibi de ipsius obuencionibus singulis plenarie responderi. In cuius — Datum Berlin, Anno ut supra.

Nach einem alten Copialbuche aus der Abschrift des Freiherrn v. Sackwitz.

XXIV. Markgraf Ludwig vereignet auf Antrag des Hasso von Wedel zu Schiefelbein dem Domstifte zu Soldin Gebungen aus dem Hufeuzinse zu Lippene, am 29. Mai 1348.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. ob honorem et reverenciam omnipotentis dei, gloriose virginis Marie ac omnium sanctorum, in predecessorum nostrorum pie memorie, nostre, heredum et successorum nostrorum Marchionum Brandenburgensium remedium animarum, ob instantem requissionem dilecti nostri militis Haffonis senioris de Wedel, habitantis in Schivelbein, appropriamus, damus presentibus et donamus duo talenta denariorum vinconensium et reddituum annuorum, sita in censu mansorum civitatis nostre Lippene, canonicis ecclesie Soldinensis, Sic quod ad honorabiles viros decanum et capitulum ibidem presentes et futuros pacifice debeant pertinere temporum curibus sempiternis. In cuius etc. Testes Lochen, Bombrecht, Wolff, Hen. de Blanckenburg, Bulfo Zelhut. Datum Turgow, Anno MCCCXLVIII, in die ascensionis domini.

Aus Dittmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 136.

XXV. Markgraf Ludwig und Herzog Ludwig der Römer versöhnen sich mit der Stadt Soldin, am 31. Juli 1349.

Wy Lodewych, van der ghenaden godes Markgreue tu brandenborch vnd tu Lufitz, Palantzgreue des rynes, hertoge tu beyeren vnd tu kernten vnd des hylighen rykes hogeste kamerer, vnde wy lodewych romer, des selues bruder, van der ghenaten godes hertoge tu beyeren, bekennen openbar yn dessen bryue vnd bygern bekant tu wesen allen luden, dy nu synt vnd dy na tu komen, dy dessen bryf syen oder horen, dat wy alle vnwerdycheyt, Torn vnd vnwille, dy wy hebben ghehat tyegen dy stat tu soldyn vnd tyegen dy borghere ghemelyk oder sunderlyk, dy dar yn wonen, vmme dy vorfumenysse vnd dy errunghe, dy weder vns yn dy mark ghefcyn syn vnd wat sy tyegen vns yn der errunghe ghedan hebben, vorgeuen vnd deger los laten, also dat wy oder vnse erfnamen darvme nycht dun scoleu oder laten dun oder ymant laten dun tyegen dy stat vnd dy borgere, Sunder wy scoleu dat vt vnser dechtenysse laten ewyclike vnd scoleu em dat nycht vorwyten oder laten vtgelden. Weret ok, dat ennyghe